Sec. xiiij.

omnibus abyssis. Omnia quecumque uoluit dominus fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abys- Ps. 134, 6.
sis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit uentos de
thesauris suis qui percussit primogenita egypti: ab homine usque ad pecus. Et misit signa
et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius. Qui percussit gentes
multas: et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum et og regem basan: et omnia reg-
na chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo. Domine nomen tuum
in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem. Quia iudicabit dominus
populum suum: et in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentum et aurum: opera ma-
nuum hominum. Os habent et non loquentur: oculos habent et non uidebunt. Aures habent
et non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnis
qui confidunt in eis. Domus israel benedicite domino: domus aaron benedicite domino. Domus leui
benedicite domino: qui timetis dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex syon: qui habitat
CONFITEMINI domino quoniam bonus: quoniam in eternum misericordia eius. [rubric] in ierusalem. Ps. 135, 1.
Confitemini deo deorum: quoniam. Confitemini domino dominorum: quoniam. Qui facit mirabi-
lia magna solus: quoniam. Qui fecit celos in intellectu: quoniam. Qui firmauit terram super aquas: quoniam.
Qui fecit luminaria magna: quoniam. Solem in potestatem diei: quoniam. Lunam et stellas in potestatem
noctis: quoniam. Qui percussit egyptum cum primogenitis eorum: quoniam. Qui eduxit israel de me-
dio eorum: quoniam. In manu potenti et brachio excelso: quoniam. Qui diuisit mare rubrum in
diuisiones: quoniam. Et eduxit [illegible] Et excussit pharaonem [illegible]
in mari rubro [illegible] Qui traduxit [illegible] quoniam. Qui percussit reges mag-
nos. Et occidit reges fortes [illegible] Seon [illegible] Et og regem basan: quoniam.
Et dedit terram [illegible] Hereditatem israel seruo suo [illegible] Quia in humi-
litate [illegible] Et redemit nos ab inimicis [illegible] Qui dat
escam [illegible] Confitemini [illegible] Confitemini domino [illegible]
SUPER flumina [illegible] [rubric] [illegible] Ps. 136.
dum recordaremur [illegible] Quia
illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: uerba cantionum. Et qui abduxerunt
nos: ymnum cantate nobis de canticis syon. Quomodo cantabimus canticum domini in
terra aliena. Si oblitus fuero tui ierusalem: obliuioni detur dextera mea. Adhereat lin-
gua mea faucibus meis: si non meminero tui. Si non proposuero ierusalem: in principio leti-
cie mee. Memor esto domine filiorum edom: in die ierusalem. Qui dicunt exinanite exi-
nanite usque ad fundamentum in ea. Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi re-
tributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit et allidet paruulos suos
CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti [rubric] ad petram. Ps. 137.
uerba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum
tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et ueritate tua: quoniam magnificasti
super omne nomen sanctum tuum. In quacumque die inuocauero te exaudi me: multipli-
cabis in anima mea uirtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt
omnia uerba oris tui. Et cantent in uiis domini: quoniam magna est gloria domini. Quoniam excelsus